

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. VI. Afflictiones omnes perpetiendas esse cum Conformatio[n]e
humanæ voluntatis ad divinam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77031)

Gymnasium Patientiae. Pars III.

59

mi Christiane, totum quantum quantum es, offeras.

Reg. c. 6.
v. 11.
Num. t. 21.
v. 6. & 9.

Eccl. cap.
2. v. 13.
Acaronitæ à muribus vexati, spires aureos fecerunt, eosque obrulerunt Deo, & malo remedio repeterunt: sic & Israelite à serpentibus ijeti per serpem æneum valitudinem receperunt. Ita nos proflus hoc ipsum sanat quod vulnera; calamitas dum premit, ad Deum erigit, modò nos nostris partibus non delusus, & animam ad tentationem preparamus. Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata; & protector est omnibus exquirientibus se in veritate.

CAPUT VI.

Afflictiones omnes perpetiendas esse cum CONFORMATI^EONI^E HUMANÆ VOLUNTATIS ad diuinam.

David rex
miseritatis
calamitatis
seipsum
ad omnes
divinos
formavit;
Salomon
vernon.
O Vnum, vt fertur, in aquâ falsa fluit, in dulci mergitur. Hierosolymæ Rex David, inter tot publicas privatâsque clades, inter suorum cœdæs & funera; in tamâ calamitatibus varietate velut in falsoissimis undis supernatabat erecto semper celsus quæ animo, vir secundum eorū Dei, qui seipsum ad omnes nutus divinos accuratissime formabat. At ve- rò filius illius Salomon in dulcibus illis deliciarum ac voluptatum stagnis, velut ovum mergebatur. Dei Voluntatem Salomon intellexit, sed illi se non conformativit.

In hac tertia parte quinque modos quibus adversa omnia sint perforanda prescripsimus. 1. PATIENTER. 2. HILARITER. 3. CONSTENTER. 4. CUM GRATIARVM ACTIONE. 5. Cum PRÆMEDITATIONE. Sextum ac ultimum, sed & utilissimum summeque necessarium addimus: Cum CONFORTATIONE SVÆ VOLUNTATIS AD DIVINAM. Et quamvis hunc humanæ voluntatis cum divina consensum quinque libri *Heliotropi* explicaverimus, eum tamen hic nihilominus, sed breviter summarique confirmabimus, idque convenienter instruendæ patientie, non recantatur iam dicta.

S. I.

Nella vo-
luntas ho-
na, qua di-
vina volu-
tati non
convenit.
Nilla nec Angelorum nec hominum voluntas bona, qua reaque dici poterit, nisi ea cum Voluntate divina consentiat. Atque quod plenior ac finior fuerit consensus iste, tamò voluntas melior ac perfectior erit censenda: quod minus integer & sincerius fuerit iste, quem diximus, consensus, tamò deterior & instabilior erit Voluntas humana. Unica Dei Voluntas amissis est, & regula omnium calo terriaque voluntatum. Nullum uspiam VELLE laudandum, quod à VELLE divino discrepet.

Aug. tom. 8.
in p. 35.
ante pacem.
Beatusimus rex David rectos corde sèpius commendans: Pratende, inquit, misericordiam tuam sicut in iuste, & iustitiam tuam his qui recto sente corde. Hoc Augustinus, eruditissimus interpres explicans: Quod sèpe diximus, ait, illi sunt recticordes, qui sequuntur in hac vita Voluntatem Dei. Voluntas Dei est aliquando ut sanus sis: aliquando ut ergotes. Si quando sanus es, dilecis est Voluntas Dei: & quando ergotes, amara est Voluntas Dei: Non recto corde es: Quare quid non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed Dei via curvare ad tuam. Illa recta est, sed rùes curvus. Voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curvanda est ad tuam: & rectum habebis cor. Bene est in hoc seculo Benedicatur Deus, qui consolatur: Laboratur in hoc seculo? Benedicatur Deus, qui emendat & probat. Et eris recto corde, dicens: Benedicam Dominum in omni tempore. Illigat solus rectum habere censendas est, qui vult quod vult Deum.

Homane
voluntatis
cum divi-
nâ confor-
matio ei
gradus; hoc discipulis crucis jus paradisi transcribit, virtutum
hoc homines in Angelorum sedes evehit. Hoc unum, compen-
sium scilicet divinæ Voluntati conformare, unicè om-
nibus, & ante omnia discendum. Nam quisquis in pa-
tientie gymnasio hoc unum didicit, jam pæne finita
discendi fecit, jam magistrum, jam doctoris nomen ob-
tinuit.

Hoc certè præ aliis omnibus jure suo sibi vindicavit divina voluntatis scientissimus rex David. Hic divinae hujus scientiae specimina dedit plurima, tum maxime cum degenerem filium Abrahalem fugiens, sacerdotes & Arcam iubaret redire, diceretque: Si inve- Reg. c. 15.
2. Reg. c. 15.
2. Reg. c. 15.
2. Reg. c. 15.
nero gratiam in oculis Domini, reduc me, & offendet mihi eam, & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi. Non pla-
ces, presto sum, facias quod bonum est coram se.

But in fuga impeditissimâ in luctu maximo, in su-
premis angustiis, cum jam de regno loto videretur a-
dum, sibi tamen rex David præfertissimus, & ad una
unicam Dei Voluntatem, omnemque illius nutum at-
tentissimus, hoc solum vult, quod vult Deus. Redire
me vult Deus? Et ego volo. Non vult ut rejeam? Nec
ego volo. Faciat Dominus quod in oculis suis bonum
est, ego præsto sum.

S. II.

Sextus ap-
flictionis
perferende
modus.
Christiani, si vel hoc unum fatis capere, si peni-
tissimis animi medullis hoc ipsum imprimere
velimus, rem omnem habebimus confectam, nulla nos
amplius calamitas, non dico, tanget, sed laetet, nulla
opprimet: nullio, mortalium nemo nocere nobis po- Incep-
tum, in expugnabiles, insuperabiles solâ Dei voluntate gnabiles
circummuti stabimus; tueri fortassis res nostra, pe-
cunia, valetudo, fama, nos stabimus; sed etiâ ruant ur-
bes & regna, nos stabimus; ruat Atlas, & orbis cum il-
lo, nos verò stabimus; ruat calum ipsum, nos stabim-
mus tamen, quandiu in nobis fuerit haec ad divinam
voluntatem conformatio.

Hoc Christus proximè sui funeris diem luculentè ad clivum Olivarum demonstravit. Nam ubi suam eminem in Patris Voluntatem quam integerrime trans-
fudit, ipsi jam hostibus, velut agnellum lamionibus se-
ipsum obtulit macandum. Ante has preces moestus,
pallidus, pavidus, semianimis, ad horrenda mortis ap-
paratu contremiscebat. Post preces, & suâ jam Vo- Dei portu,
luntatem ad Patris Voluntatem conformatâ. Surgite, in- Conforma-
tione que
semper erat
declarata.
quit, camus in amplexus & oscula hostium.

Adeo hæc voluntatis humanæ cum divina consen-
tio, ad omnia toleranda promptum, ad omnia perag-
da lacertosum, ad omnes hostes superando animo-
sum, ad superanda omnia invictum & inexpugnabi- Et ad om-
nia tolera-
da prom-
lem redit, ut quo quis divina Voluntati devotior est, pto.
hoc fortius omnia & facere, & pati paratus sit. Nec ul-
la calamitas aut ullus dolor, alias illi voces exprimet,
quam istas: Sicut Domino placuit, ita factum est, ita fiat, quo: Iob c. 1. vs.
niam ab ipso patientia mea. Hoc illustrissime Augu- 21.
stinius explicans: Quæ patientia, inquit, inter tanta scandala, nisi quia si id quod non videtur fieri, per patientiam expectamus? Venit dolor meus, veniet & requies mea. Venit Aug. in Ps.
61. circa
mod.
tribulatio mea, veniet & purgatio mea, Naufragio luet aurum, in fornace aurificis? In monili licebit, in ornamen-
to lucebit, patiatur tamen fornacem, & purgationem à fordi-
bus veniat ad lucem. Fornax ista, ibi palea, ibi aurum, ibi
ignis, ad hanc fiat aurifex. In fornace ardet palea, & pur-
gatur aurum. Illa in cineres vertitur, à fordiibus illud
exiuitur. Fornax Mundus, palea iniqui, aurum iusti-
cias tribulatio, aurifex Deus. Quod vult ergo aurifex,
facio?

Gymnasium Patientiae. Pars III.

facio; ubi me ponit aurifex, tol ero. Iubor ego tolerare, novit A ille purgare. Ardeat ficer palea ad incendium me, & quasi consumendum me; illa in cinerem vertitur, ego sordidus caro. Quare quia Deo subiicietur anima mea.

*Bud. Grat-
nata in Du-
se peccator.
l. i. part. 2.
212.*

En integrum humana voluntatis cum divinâ con spirationem. De hac religiosus ille scriptor verisimile dixit: Non est sacrificium maius aut Deo gratius, quam in omni tribulatione se conformem facere divine. Voluntatis beneplacito.

De s Abraham complures se velut mutabilem exhibuit, perinde si aliud atque aliud modò vellet, modò nollet, & si usque imperis contraria imperaret. Quod ideo factum, ut in tam fidelis famulo hic talis cum Dominicâ Voluntate consensu augeretur. Ipsum Abramini animum inspicere. Non potuit Deus toties mandata sua variare, non labores tam molestos unquam injungere, neque tam acerbè virum illum exercere, quin Abramus semper in omne divini nutritus arbitrium versatilis idem vellet, idemque nollet quod Deus.

S. III.

**Differentia
inter Pa-
tientia di-
scipulos.**

Differencia inter Patientiae discipulos maxima est. Sunt qui ad gymnasium sine pileo veniat, vertice nudo, exalceati, sine pallio, quod hominum pauperum solent; Alii, quibus pedum usus negatus est, ad hanc scholam exgerim non sunt, sed repunt; Alii pedites quidem veniunt, & honeste vestiti, sed sine chartâ, sine calamis, sine atramento, sine libris accedunt, ad discendum imperatissimi; Alii hæc quidem habent, sed minerval non habent. Alii mineral non deest, sed ingenium: Sunt denique qui ad Patientiae gymnasium equo aut currū vehuntur, ut magistratum filii solent. His suave est hoc tali compendio ad scholas accedere.

**Qui sun-
primi di-
scipuli.**

Primi illi sine pileo, sine calceis, sine pallio, gymnasium hoc quidem audent, sed etiam minerval imparientes sunt, & necdum diciderant vel saltē Patientes adversa tolerare: imparientiam suam nec dissimilare quidem aut tegere norunt; homines sine pileo, & pallio, nimium & vitiōsē aperti.

**Qui se-
cundū.**

Alii ad hanc scholam miserrimè perpetrant, qui aliquid quidem patientia hauferunt, sed patientes non essent, nūc esse cogentur: pecunia illis aut metus aliquid patientia offendendum persuaderet. Hi sanè nihil hilariter sufficiunt.

Tertij.

Tertij illi ad Patientiae iudicium veniunt, sed ab omnī scholasticā supellecīle imparati, velut extempore auditores, qui unam alteramve horulam extenti assident: mox discendi tadio vieti constantiam omnem exunt, deseruntque Lyceum. Itorum mens vaga & indocilis illud *Constanter* nequit capere.

Quarti.

At sunt, qui paratores magistrum docentem audiunt, sed mineral non habent. Verisimilium in Patientiae auditoris mineral seu didactrum, est *Gratig-
rum actio* in adversis, hanc discipulorum complures ob tarditatem ingenii non percipiunt, sed neque id multum curant. Videntur hi profectu utcumque constanti progrederi, atque in carceris disciplinae gymnasticæ satia capaces, sed ut ii pro pragis ac suppliciis æquè ac pro beneficiis Deo gratias agant, hoc certè nondum didicerunt: hos mineralis paupertas impedit.

Quinti.

Verū aliis mineral forsitan non decesset, sed deest ingenium, nam difficultia & tristitia sine omni *Premeditatione* patiuntur. Magnus hic ingenii defectus est, ea quæ cuivis hominum evenire possunt, & solent, non præuidere, & ignavas voces illas spargere: *Non pueram.*

Sexti.

Alii denique sunt, qui equis aut pilentis, ad hanc Patientiae scholam eunt redeuntque, homines divinis favorebus opulent, Atqui hi sunt qui se totos, in rebus

A omnibus, præsertim adversis, divinæ Voluntati ad Providentiae penitissimè tradunt. Quā certè ratione hoc agunt, ut crucem quidem sentiant, sed facilimè ferant, ad divinam Voluntatem attentissimi. Hi non solum Patientes, *Læti*, *Constanter*, verū etiam cum Gratiarum actione, nec sine *Premeditatione*, & quod caput est, gei, cum maximâ suæ voluntatis ad divinam Conformatio[n]e adversa omnia ferunt. His semper bene est, etiam cum est pessimè. Nam curru divinæ Providentiae vehuntur securi. Cuivis horum in ore semper est: *Dominus regit me, & uib[il] mihi deerit: Dominus sollicitus [Psal. 21]* est mei. Horum optatis respondent omnia; istorum *vers. 1.* voto cuncta competunt, & ante votum, cum voto. *vers. 2.* rum summa sit, *Velle quod uult Deus. Malè valent?* Non runt hoc divinæ Voluntatis partem esse. Labores, damnatio, metus incurruunt. Scunt hæc solere fieri; decerni ista, non accidere. Tristes amicorum abitus, immatura suorum funera spectant? Non nesciunt vitam & mortem, & omnem vitæ seriem penes divinum arbitrium esse. Ita Deo in omnibus assentiuunt, Deum ex animo, non quia necesse est, nec coacti, sed volentes sequuntur. Nihil unquam illis incidit quod tristes, quod malo vultu excipiunt, nullum vitæ tributum conferunt inviti.

Omnia autem ad quæ gemimus, quæ expavescimus, vitæ tributa sunt, quorum nec speranda immunitas est, nec petenda. Hi denique divini arbitratus tam observantes, faciunt quod citharaedus, qui cithara fidès timidi tendit, attrahit, remittit, dum assentit: ita qui suam divinæ Voluntati vult consonare, tamdiu suam corrigit, impellit, impetrat, tot ei stimulos subdit, dum illa se divina perfectè subiicit.

Quod Hebreus psalmes insigniter secum exigens: *Nonne Deo, inquit, subiecta erit anima mea?* ab ipso enim *sa-* *psal. 61.* *lute meum.* Sicut dominus placuit, ita factum est: *Sic-
ut fuerit voluntas in celo, sic fiat.* Nonne igitur Deo sub- *1. Machab.* *je* *erit anima mea?* Hebreum idiomā: Nonne ad *ca. 3. v. 6.* Deum filebit anima mea? Perinde si dixisset: In omnibus que nō hī contingunt, religiosissimè fileo, nec contra quidquam mutio, Voluntate ac decretis divinis contentissimus: Dei est gubernare ac præcipere, meum obsequiū: ita pede seculo pergo. Quod si voluntatem meam experiar refractariam, tunc illud rogare instituo, quod ille servorum fideli sumus rogauit: *Ecco Pater dilecte, in manibus tuis sum ego, sub virg[ine] correptionis Tho. de Riba-
tae me inclino; peruse dorsum meum, & collum meum, ut in Imit. Chri-
curvem ad Voluntatem tuam tortuositatem meam, da mili* *sa-* *num. 6.* *per omnia Voluntatem benefaci i' tui semper inquirere.*

S. IV.

Nequæ hæc humana voluntatis cum divinâ Conformatio[n]e ulli hominum videri debet difficultis, voluntatis Quid magis in nostrâ potestate est quā *Velle*, aut *Nolle*? Et quid cuivis promptius, quā quod minime sumptus est, Annuere, vel Abnuere?

Alexander Macedonum rex dicens Geometriam videri difficilem, scituras quā pusilla terra esset, ex quā minimis occupaverat. Erant illa que tradebantur subtilia, & diligent intentione discenda, quæ non adeo facile, homo militaris & trans Oceanum cogitationes suas mitens percipere posset. Idcirco discipulus iste: Facilia, inquit, me doce. Cui praeceptor: Ita, inquit, omnibus eadem sunt, æquè difficilia.

Pæcno hoc idem de humana voluntatis ad divinam Conformatio[n]e dixerim: Ita omnibus eadem sunt. Sic *Velle*, sic *Nolle* omnibus æquè facile videri debet. Ad istud discendum pares sumus, & pauperrimi, & distillimi; sine omni labore, sine ullo sumptu infinita *Velle* ac *Nolle* possumus. Imò vero quotidie infinita & volumus & volumus. Sed non in eo laus est, ut plurima velimus, aut nolimus: divinæ Volun-

Gymnasium Patientiae. Pars III.

61

tati conguenter Velle aut Nolle; hoc laudis, hoc Virtutis est.

Palladius
Helen. Epis.
6.63.
Rufin. A-
quili. 6.16.

Rem mirissimam narrant Palladius & Rufinus. Visus est sibi Paphnutius eos facisse progressus in via Domini, ut simplici piâque curiositate rogarit Deum, monstraret sibi hominem qui se ratione vivendi exquaret. Annuit Deus, & ei ab Angelo significavi jussit, parem illi haberi tibicinem, qui in vico non procul distante tibis in flandis vicum quereret. Obstupuit ad hunc nuntium Paphnutius, & multa putans animo: Itane, aiebat ipse ubi, tot annis, tanto conatu, non plus profeceris, quam ut virtute tibicinem aeques? Et mox iter ingressus, omni studio hunc ipsum virum quæsivit. Inventum studiosissime percontatus est, quod vita genus, quas maximè virtutes sectaretur? Ille ad questionem tam seriam subridens, & quod res erat fateri orsus: Ego, inquit, prius latro, nunc plagiulus sum. De virtutibus meis, vir optime, frustra quaeris; nullas habeo, quarum & nomen ignoro. Paphnutius urgere horum sciscitando, & animare, diceret porro si quid bona actionis vel inter latrocina suscepisset. Cui ille: Ah, inquit, hircum mulges; sterilis mihi conscientia est. Ebrietatis & libidinis mancipium fui. Illud unum memini, monialem a nobis captam, cui vitium a locis erat offerendum, à me liberata, & in proximum pagum deductam esse. Sed & illud memoriam subito, quando adeò questionibus me premis, & haec audire collubitum est.

Ante annos aliquot liberalis formæ feminam Quid innerrantem, & multa lacrymantem reperi. Cumque fleetus causam sciscitare: Ne næ roges, aiebat illa, mulierum infelissimam: sed si ancillæ eges, abduc quod lubuerit. Maritus meus, ob grande es alienum, in carcere tantum non agit animam: nec spes libertatis est. Tres filios meos, sed heu non meos amplius creditoris sibi rapuerunt mancipia, in debitorum vicem. Ego cum ad similem fortunam queriter, inedia & mœtriis confecta huc profugi, omnis auxili, sed & consilii inops. His auditis ego, aiebat tibicen, Fortem tam indignam misericors, & id esse divinæ voluntatis ratus, ad nostram specum, agrè spirantem feminam adduxi, ubi jam pænè fugientem animalium cibo revocavi. Et quia nescire non potui, Deum divitem esse dominum, profugam in civitatem reduxi, atque pro liberatis tam filiis quam marito pecunie sat multi erogavi.

Tu vero, vir bone, pluribus me questionibus ne lacesse: hic omnis virtutum mearum cumulus est: vita mea citius quam virtutes meas recitavero.

Hic Paphnutius altum suspirans: Ego vero, inquit, mi frater, Deo id mihi aperiente, compri te nihilo inferiorem nobis esse, qui solitudines habitamus, & corpus summis rigoribus exercemus. En ergo mi optime frater, cum tanto loco sis apud Deum, quâto vix charissimi, cumque omnis sanctimoniaz sons sit, velle sanctum esse, ne quælo te ipsum negligas. Scio voluisse, fecisse est. Hoc unum tibi restat, ut abneges te ipsum, crucem tuam tollas, & securari Christum. At ille, perinde si volentem a jubente Deum cereretur, tibis quas manu gerebat abjectis, ad divina Voluntas perpendicularum, Paphnutium è vestigio secutus est. Ita triennio celestem egit aulædum in terra, & cœlo receptus est.

Hic ego meritò exclamem: Videte, ô discipuli, qui vobis in Patientiae gymnasio plurimorum profecisse videmini, videte ne infini vos vincat. In gymnasii certe moris est, ut nonnunquam ex imâ classe puerulus evocetur qui adulst, sed stupidum juvenem turpiter errasse doceat. Pænè hic idem fit. Latrones & tibicines infimæ classis discipuli, altiores illos sed & superiores, aut minus patientes in rubore dant.

Hic palnam fert, Omnia cum Deo velle, nec quid-

A quam nisi cum eodem nolle. Ille hic litteratior, ille utique patientior, ille ceteris omnibus præstantior, cuius voluntas cum Deo conjunctior. Omne tulit punctum, qui suam omnem divinæ voluntati transcriptit. Fac VELIS, & Patientiae lauream impetrasti.

§. V.

Sed illud colubrinum Cvr in Patientiae gymnasio plurimos turbat. Cur hoc, cur illud Deus? Cur putat innocentes, dimittit santes? Cur tot tamenque nefandas sceleras permituit? Cur suis austerus, alienis sapientem blandus est? Cur omnia ad sua voluntatis nutum vult fieri? Ita serpens in Elysiis campis humanæ gentis matrem interrogat: Cur precepit vobis Deus, ut non comedetis ex omni ligno paradisi?

Gen. 3. vers. 1.

Serpentum Cvr istud è Patientiae ludo penitus ideo eli-

minandum est. Magister scrio dixerit: Nec nominetur man-

us in vobis. Et Augustinus his serpentibus exactissime ref-

pondens: Quare inquit, percūrsum aliquando fulmina mon-

tem, & non percūrsum latronem? Quia foris adhuc latronis

convergētum querit Deus, & ideo percūrsum mons qui non ti-

met, ut mutetur homo qui timeret. Aliquamodo & tu cam das

disciplinam, terram feris ut infans expavescat. Sed dicit mibi:

Ecce cedit innocentiorum, dimittit sceleratum. Noli mirari: unde cumque mors pio bona est. Vnde acutus seu illi scelerato-

ris, si se mutare noluerit, quid penarum in occulto fervetur?

Nomine malent fulmine in euâl pennis interire, quibus in fine

dicitur: Ite maledicti in ignem eternum? Opus est, ut innocens

sis. Quid enim? Matum est mori narfragio, & bonum est mori

ri febre? Sive inde moritur, quare qualis sit qui moritur, quod Aug. 10. 8. in

post mortem iuris, non ut deum exiturus. Tu time, & ho- Ephe. 4. 5. circa med.

mus ego, undecumque voueris, ut ex eas hinc, paratum te in- mibi pag.

¶ 11.

Quidquid ergo hic accidit (ejusdem Augustini verba) Hec quoq;

fuit contra voluntatem nostram noveris non accidere nisi vobis notem-

de voluntate Dei, de providentia ipsius, de ordine ipsius, de lege tur-

giibus ipsius, et si non intelligimus, quid quare fiat, denius hoc

providentia ipsius, quia non sit sine causa. Cum enim caperimus

disputare de operibus Dei: quare hoc, quare illud, & non

debet sic facere, male fecit hoc. Vbi est laus Dei? Perdidisti Alle-

luja. Omnia sic considera ut placeas Deo, & laudes artificem.

Quasi si intrares in officinam forte fabri ferrarii, non auderes

reprehendere folles, inaudes, maleos. In officina non audes vi-

tuperare fabrum, & audes in hoc mundo Deum? Imperitus re-

prehendit omnia: Peritior, et si artificem novit, seit tamen esse

hominem, & ait: Non sine causa hoc loco folles positi sunt; ar-

tifex novit quare, et si ego non novi.

Virginitatem amantisimam patris voluntatem obviis ul-

lis amplexatur, idem Augustinus animos addens, &

Aeternitas hereditarias delitiatingens: Deus autem

Idem 10. 10.

tuis, inquit redemptor tuus, dominus tuus, caſfigator tuus, pa- De Verbi

ter tuus erudit te. Quo? ut accipias hereditatem, ubi non efferas Dom. ser. 4.

patrem, sed hereditatem habeas ipsum patrem. Ad hanc spem c. 5.

eruditus, & marmuras? Et si quid tristis occiderit, fortasse bla-

sphemas? Quo ibis a spiritu ejus? Ecce dimittit te, & non fla-

gelat: defert blasphemiam tu, non senties judicantem: Non-

me melius est, ut flagellat te, & recipiat te: quam parcat tibi,

& deserat te? Gaudes? agnosce patrem blanditatem. Tribula-

ris, agnosce Patrem emanantem. Slove blanditur, fratre enen-

det, eum erudit cui parat hereditatem,

¶ Porro Deus, eodem Augustino teste, omnium hominum Idem 10. 8.

peccata sic ordinat, ut que fuerint oblectamenta homini pec- 10. 10. 5. 4.

canti, sunt instrumenta domino patienti. Non dixit Deus sicut mihi pag.

tenebre, & factæ sunt tenebre? & tamen ipsa ordinavit. Ita

212. post

¶ & peccata Deus, quamvis illa non faciat, ea tamen

permitit & ordinat, & sic in omnibus voluntatem

suam exequitur efficacissimè. Nunc jam huc animum

omnes, ea quæ loquar, adverte. Res ab ovo, sed bre-

vissime, deducenda.

¶ 12.

¶ 13.

¶ 14.

¶ 15.

¶ 16.

¶ 17.

¶ 18.

¶ 19.

¶ 20.

¶ 21.

¶ 22.

¶ 23.

¶ 24.

¶ 25.

¶ 26.

¶ 27.

¶ 28.

¶ 29.

¶ 30.

¶ 31.

¶ 32.

¶ 33.

¶ 34.

¶ 35.

¶ 36.

¶ 37.

¶ 38.

¶ 39.

¶ 40.

¶ 41.

¶ 42.

¶ 43.

¶ 44.

¶ 45.

¶ 46.

¶ 47.

¶ 48.

¶ 49.

¶ 50.

¶ 51.

¶ 52.

¶ 53.

¶ 54.

¶ 55.

¶ 56.

¶ 57.

¶ 58.

¶ 59.

¶ 60.

¶ 61.

¶ 62.

¶ 63.

¶ 64.

¶ 65.

¶ 66.

¶ 67.

¶ 68.

¶ 69.

¶ 70.

¶ 71.

¶ 72.

¶ 73.

¶ 74.

¶ 75.

¶ 76.

¶ 77.

¶ 78.

¶ 79.

¶ 80.

¶ 81.

¶ 82.

¶ 83.

¶ 84.

¶ 85.

¶ 86.

¶ 87.

¶ 88.

¶ 89.

¶ 90.

¶ 91.

¶ 92.

¶ 93.

¶ 94.

¶ 95.

¶ 96.

¶ 97.

¶ 98.

¶ 99.

¶ 100.

¶ 101.

¶ 102.

¶ 103.

¶ 104.

¶ 105.

¶ 106.

¶ 107.

¶ 108.

¶ 109.

¶ 110.

¶ 111.

¶ 112.

¶ 113.

¶ 114.

¶ 115.

¶ 116.

¶ 117.

¶ 118.

¶ 119.

¶ 120.

¶ 121.

¶ 122.

¶ 123.

¶ 124.

¶ 125.

¶ 126.

¶ 127.

¶ 128.

¶ 129.

¶ 130.

¶ 131.

¶ 132.

¶ 133.

¶ 134.

¶ 135.

¶ 136.

¶ 137.

¶ 138.

¶ 139.

¶ 140.

¶ 141.

¶ 142.

¶ 143.

¶ 144.

¶ 145.

¶ 146.

¶ 147.

¶ 148.

¶ 149.

¶ 150.

¶ 151.

¶ 152.

¶ 153.

¶ 154.

¶ 155.

¶ 156.

¶ 157.

¶ 158.

¶ 159.

¶ 160.

¶ 161.

¶ 162.

¶ 163.

¶ 164.

¶ 165.

¶ 166.

¶ 167.

¶ 168.

§. VI.

Ante Orbem conditum, inane fuit merissimum, imò nihil fuit præter Deum Optimum Maximum, qui sine rebus creatis beatissimus, ipse sibi sufficiens, rerum omnium in se ideam ab æternō habuit, habetque, ita perfectam, ut nec iota, nec punctulum (sic loquimur) nec apiculus ullus tam in intellectu di-
vino quam in voluntate desiderari possit. Ad hanc In-
tellectus ac Voluntatis sue ideam omnia perfecit con-
dedit, bona omnia, & quidem valde bona. Ea gubernare
porro ac conservare non definis, & momentis singulis
universa disponit ordinatissime.

Finem Deus, quem sibi ab æternō prestituit, in re-
bus semper omnibus assequitur. Et quod infinita-
tas, patiē- prorsus potentia ac bonitas est, minima aequa ac
tia, & pro- maxima curat, tam singulos quam universos homi-
videt in nes providentissime, nullo nō puncto temporis regit,
rebus sim- & singulorū quoque hominum minutissima quæque
gulis : sic dirigit amantissime, ut nihil sit quod non in opti-
mum finem feratur, unica modò voluntas hominis ipsa
sibi non incommode discordando à summa Voluntate.

Quod Deus ab omni retro æternitate in suis pu-
gillaribus scripsit, quod facere, quod permettere decre-
vit, nemo hominum, neque Angelorum ullus mutabit, aut impediatur. Omnium animantium pili, omnium mon-
tium arenula, arborum omnium foliola, avium minimæ, pauculi ac reguli, ipsi aëris atomi; omnium omnino tam Angelorum quam hominum cogitationes & numeratae sunt, & appensa.

De quo igitur tu jam conquerti potes, perinde si
Deus ad calamites tuas parum attenus, te rāque
non satis providè gubernet, aut nimis hostibus tuis
permittat, aut in tantâ rerum hominumque turbâ te
negligat? Stultissime mortalium, tunc apud te ipsum
haec futuræ? *Omnia in mensurâ, & numero, & pondere dif-
feruntur.* Deus, etiam res tuas, etiam rerum tuarum minu-
tissima queaque.

Vitam tuam retro actam, dō, considera, & dispu-
ge in ea, quid aliter velis evenire, simulque observa
hoc ipsum à Deo ad ideam suâ accuratissimè relatum,
hoc est (ut id probè capias) sicut Deo placuit ab æter-
no, sic factum est, sic & deinceps fiet. *Iota unum, aut unus
apex non præteriit, nec in posterum præteribit, dum usque-
que omnia divinae ideæ conformiter fiant.*

Voluntas Dei sanctissima stabit. Quid tu verò tunc
profecisti, cum adeo doleres, teque aliosque frustra
turbares? Ecquid jam dolendo & turbando proficies?
Olecrone, ne ad idem laxum iterum impinge. *Resigna-
media;* affectum indu & Dei Voluntati quam int̄ gerri-
ca anima effici huius mēte comitte, atque ita divinæ Providentie currum
confundere, veheris eo securus. Sine conceitu & venia
divinæ Voluntatis, nec arena, nec digitulus, nec ulla
contra te cogitatiuncula movebit.

Sed sicut præterito meo suauis sis & futura, quæso,
considera; quidnam eorum in voluntate aut potestate
tuâ? Vix quidquā. Sed sicut prævidere sat in minen-
tia potes. Dic, qualis erit proxima æstas? Si sterilis &
mala sit, sequetur rerum penuria, & pestis. Quid ergo
tuū biē providere & angi juverit? id ī rebus alijs fe-
tiendū. Revera nec bona impetras, nec mala præcaves,
nisi Deus id velit, cuius idcirco Voluntati tuā agglutina.

In cassum te torques, frustra reluctaris, supervacuo
laboro struis & adificas, nisi divina tecū edificet Volu-
ta. Nihil agis, nihil proficias, nisi velis quod vult Deus.

Hoc igitur age; in omnibus divino nutri te subjice.
Et hoc unum, obsecro, apud animum tuum quotidie
perpende, quod longè certissimum: Deus ab æternō
providit & decrevit, hanc tibi crucem secundum om-
nes circumstantias loci, temporis, personarum impon-
nere, quam ipse summa bonitate & sapientia tuis viri-
bus admisus est. Hoc solum restat, ut ea vēlis tibi pro-

A dese; proderit autem plurimum, modò tu tuam divi-
sae Voluntati jungas, & accommodes.

Ergo in omni omnino eventu sic ratiocinare: Hoc
à Deo est, ergo optimum est. Hęc injuria, hic morbus,
hęc inopia, hęc infortia seu miseria ab ipissimo Deo
est, ergo mala mihi esse non potest, nisi mea voluntas à
divina dissentiat. Cave autem unquam dixeris: Modò
hęc, modò illa crux me non premat. Otoia & inanis quere-
la. Et hanc, & illam crucem, quam sic horres, ideo am-
plere, quia vult Deus & hac, & illa te cruce fatiga-
ri. Aut ergo idem velis quod Deus, aut quia ita vis,
succumbe ac peri.

§. VII.

Quod verò colubrum illud Cvr quærebatur: Cur
Deus alienis non raro tam benignus, suis plerum-
que tam austerus sit &c. exæcte sciendum, hanc Dei
Voluntatem æquissimam esse. Adversis sanè multa millia
hominum ad frugem corriguntur; prosperitate vix ul-
tate multa lus. Felicitas Virtutis noverca beatulis suis applaudit
minum

*Ioan. Satif.
beriens. i. i.*

Police. i. i.

millia ho-

ad fru-

gem com-

prosperi-

llus.

Sunt qui felices sibi videantur, sed suā tantum opini-
ione, quæ quoniā falsa est, felicitati parum addide-
rit, sed miseræ multum. Siquidem propriam non nos-
se miseriam miseria summa est. Magnus ille Pompejus tare vix
felicem se credit. Sed si profundius verum fodia-
mus, nunquam fuerat, ne tunc quidem cùm florenti-
simò in statu felicissimus haberetur. Exitus monstravit
acta. Carnificis gladio caput & sanguinem suum pro-
pinare jussus est Pompeius.

Polycrates, rex Samiorum, ipissimus Fortunæ pul-
lus censebatur, nihil ei in pietate adversum. Cælum, terra, l. 3.
mare favebant aut serviebāt. Omnes conatus eius pla-
cido excipiebantur itinere, spes certum cupit rei fru-
ctū apprehendebat, vota nuncupabantur simul & sol-
vebantur, velle ac posse in æquo positum erat. Semel
dunatax vultum contraxit. Polycrates brevi tristitia
salebrā succulsum, cùm scilicet placandæ Nemesis, & ne
omnis incommodi expers esset, charissimum summi-
que pretij astulū in mare abiecit. Hunc ipsum tamen
continuò recuperavit, capti pīce, qui eum devorav-
erat. Tandem felicitas omnis in altissimā cruce expira-
vit. Nam Polycrates ab Oronte Darii regis Sarapā in
Mycalensis montis vertice cruci affixus, miserabile sed
luculentum dedit spectaculum fæcissimæ felicitatis.

Hæc vana sunt, inquis. Ergo Amanum in alto suspi-
ce, Polycratē geminum, mansolæ simili, nec minus
sublimi exceptum. Divitiis Amanū abūdabat, uxore
& prole copiosa beatus, amicos plurimos numerabat,
ipse Assuerus rex ei amicissimus; omnia Amano ex
sentientiæ fluebant. Quid tandem? Tanta felicitatis epi-
logus fuit patibulum. Hanc ipsi sibi domum archite-
status est Aman vel invitus. Sic segetem nimia sternit
ubertas, & arborum rami onere franguntur; sic magna
maris tranquillitas procellarum signum est. Idem in
moribus, & vitâ:

Luxuriant animi rebus plerisque secundis.

Nirvum Iuna nunquam in deliquio est, nisi cùm
plena est: quo autē ea plenior, hoc à sole remotior; sic
& equis quo curiator & pinguior, eo in fessore ferio-
runt sermones meos pessime. Vbi felicitas regnat, illuc ple-
runque virtus exultat.

Hinc Deus olim de gente suâ queritur: *Satuvavi eos,*
*& machati sunt, incrassati sunt, & impinguati, & præterie-
runt sermones meos pessime.* Vbi felicitas regnat, illuc ple-
runque virtus exultat.

*Hier. c. 5.
w. 7. G. 13.*

Ambroſius Mediolanensis præſol, ut Paulinus
memorat, ad hominem opulentum è viâ divertit. Hic,
ut Ambroſium hospitem suum, non liberali ſolum
mēla, ſed & humanis colloquiis reficeret, prolixiorem
ingressus est narrationem. In eā de leipoſlo affirmavit,
nihil sū unquam adversi paſſum; ante vota, ſupra vota
omnia adiſſe; hoc est, priuſquam vellet, & plusquam
vellet,

*Divino
naui in
omnibus
te subji-
ciendum.*

vellet, adeoq; quid calamitas sit, se nescire. Exhorruit A
ad has voces Ambrofius, & mox velut ad subitum ne-
gotium avocatus, patrifamilias & beatissima illi do-
mui valedixit. Repentini abitus causam suis hanc af-
signavit. Vereri se, ne in domo tam beatam, & apud ho-
minem, quem adversa nunquam velicassent, hospiti-
um pessimum elegerit. Quare maturandam illinc fu-
gam, ne forsitan subita eademque clade cum tali hospite
involvantur. Ambrofio non procul inde digresso, una
sed in desperata domus ruina inquinilos omnes sepelivit.

Quam ergo in iis longe cum iis agitur, qui jam
procellis variis jaestantur, ut quietem ac felicitatem ibi
querant, ubi ruinæ non sunt metuenda. Hæc vitam a-
gimus perpetuis tentationum præliis infestam, pericu-
lis semper & multis & gravibus expositi, nec unquam
ante exitum securi; quod sive nesciant, sive sciant, qui
felicitatem somniant, æquæ miseri sunt habendi. Nulla
enim cum errore, nulla sine securitate felicitas. Solus
ille felix, qui in curru Altissima Providentia sedens,
divinae Voluntati se dat ex toro.

Thomas
Morus suæ
divinae vo-
luntati
subjicit:

Thomas Morus exemplar patiæ illustrissimum,
suam divinæ Voluntati integerim subjecit hoc mo-
do. Cum è legatione transmarinâ reveritus, procul do-
mo apud Regem ageret, Augusto menœ, pars do-
mus, & omnia illius horrea frumento plena, nefcio
quæ vicini incuria per incendium subitum deflagra-
runt. Hanc cladem conjux generi sui litteris expoñit.
Conjugi Morus Anglicè rescripsit in hunc modum.

Salus plurima. Domina Aloysia, intelligo horrea
nostra & vicinotù aliquot cum omni frumento peri-
scindio. Dolenda quidem (alvâ Dei Voluntate) fru-
menti tam copiosi jaætura. Quia tamen ita Deo vi-
sum est, debemus omnino non solum patienter, sed
& libenter hanc Dei manum in nos extentam ferre.
Quidquid amissimus. Dominus dedit. Sed quia id no-
bis iterum ademit, Domini Voluntas fiat. Nunquam

O. nota, hec
Christianæ,
nolam, nolam.

super hac re murmuramus, sed æqui bonique con-
sumamus, & Deo magnas gratias agamus, tam in adver-
sis, quam prosperis. Atque si recte calculan ponamus,
majus Dei beneficium est hoc dannum, quam ingen-
lucrum. Quid enim salutis nostræ faciat, Deo magis
quam nobis perspectum est.

Rogo igitur, bono sis animo, & omnem tecum fa-
miliam duc ad tempus. Deoque gratias age, tam de
his quæ nobis donavit, quam quæ nunc absulit, &
quæ etiam nunc reliquit. Facile Deo est, si ei sic visum,
augere nondum abdata. Quod si plura velit auferre,
sicut Domino placuerit, ita fiat.

Inquiratur etiam, quantam jaætura fecerint vici-
ni, moneanturque ne ob eam rem contristentur. Non
enim committam, ut vicini mei cladi bus meis do-
mesticis lœdantur; etiamque omnis mea suppellex ad
unicum usque cochlear diripatur.

Obsecro, o mea Aloysia, una cum liberis nostris,
totâque familiâ sis data in Domino. Hæc omnia, nôs-
que omnes in manu Dei sumus. A Dei Voluntate pen-
deamus toti, nec ullum unquam damnum nôs nobis
poterit. Vale. Ex aula Wodstochii 13. Sept. an. 1529.

O super! quam haec sincera in divinam Volun-
tam devotion! quam hæc verè cordati viri epistola est!
Hic patrifamilias in gymnasio Patientiae profecit, hic
vir hic est, qui tantam jaætura molem, per integrum
cum Voluntate Dei Conformatum, suaviter portavit.
En struthiocamelum, quæ fætrum potuit, & glutire,
& concoquere. Horrea illius arserunt, non animus.
Hunc patientiæ munitum servavit integrum.

Et videte, quæ ratione hancladem, perinde ut Io-
bi ærumnas, liberalissimus Deus multiplici fenore pœ-
farit. Menœ Septembri tristissimum munitum accepit
Morus; Octobri proximo regni Anglicani Cancella-
rius pronuntiatus est. Nec novâ tantum dignitate, sed

& cœbus novis est auctus. Vnde non vetera solū hor-
rea restaurari, sed & veteribus nova potuerant adjun-
gi. Hic Dei mos est: Deducit ad inferos, & reducit.

Anglorum Cancellario Princeps Hispanum, Fran-
ciscum Borgiam tertium in Societate IESV Proposi-
tum Generalem adstituo. Iter fecit Borgias Septimâ
cam, ubi Societatis tirocinium erat: Nox præcipians Sic fecit
eum in iinere deprehendit. Plurima mixtæ la-
bèbatur, vestus perfrigidus urebat & confundebat Borgias,
væs, tenebrae iter omne subducabant.

Tandem per nives ac tenbras eluctatus, nocte ad-
ultâ, quæ delinatarat, pervenit. Necum tamen inju-
rias cœli effugere licuit. Cum jam ad Collegium staret,
socii omnes primo sopore mersi altius dormiebant.
Pulsavit fores iterum, iterumque ac sèpius; nemo
respondit. Non soppiti tantum, sed mortui videbantur
incolæ. His illud accessi, incòmodi, quod à portâ lon-
gius abefset domus. Interim venti flare & fatigatum
percellere, famæ pabulum postulare, nives optimum
Patrem operire, & totum cädidatum facere. Post diu-
turnas moras tandem aliquando expèrgefacti tirones,
& referatæ fores. Intramus, tantum abest, ut vel se-
viore vultu, aut a prioribus dictis moras castigari, ut
plenus hilaritate gratulari sibi de hoc videretur. Sta-
bant socii, & erubescabant tam altam somnolentiam;
itaque multis depræcabantur quod optimū parentem
in tantâ intemperie cœli pro foribus stantem tamdiu
destituisset. At Borgias licet examinatus pœnè frigore,
sereno nihilominus & placido vultu: Non est filius ait,
quod meas vices dolatis. Num expectarem, hæc mea
fuit cogitatio: Quemadmodum princeps quispiam
voluptatem capit, cum leonem similem feram in a-
renâ stimulis ac venatu agitari cernit, ita delectatur
Deus, dum me feris nihil meliorem, mollibus peti-
tivis velleribus, quæ me non lœdant, sed urgeant, at-
que impellant. Hæc mihi evenire Dei providentia.
Voluntas Dei fuit. Velimus & nos quod vult Deus; &
gaudeamus, cum suum illud in nos favorem explicat, li-
cit rigidore paullulum experimento.

Hoc virum sapit, hoc mitigat adversa, voluntatem
suam divinæ tam non contradicentem, tam confor-
mem, tam obsequenter adjungere.

Sed Gaudiçium duci, Ser. ^{mag} principem Magda- Et Magda-
lenam Neoburgicam jingo, ut quod recentioribus cœlena Neo-
etiam efficacitoribus impellamus exemplis. Laudatissi- burgica,
ma hæc princeps, alibi à nobis uberioris laudanda, S. mi
Electoris Maximiliani soror, S. mi Ducis Wolfgangi
Gulichini Neoburgici conjux, diem suum obiit anno
1628 die 25. Septembris. Hæc, inquam, lectionis he-
rois, in omnium quidem virtutum actionibus con-
stanter suam industriam exercuit: imprimis vero il-
luc animum intendit, ut voluntatem suam cum divinâ
quam arctissime conjungeret. Adversa omnia, quæ
quotidie plurima occurserant, à divinâ manu tan-
quam præcipui favoris argumenta promptè accipie-
bat, & ad casus omnes Dei causa fortiter perferendos
invictæ & præstat. Quo in studio, exercitatione co-
tinuâ cœd denique mentem adegit, ut postremis quatuor
annis, quibus ad hujuscem virtutis apicem feliciter con-
tendit, uno sœpe die amplius centies voluntatem suam
cum divinâ conformasse in codicillis ejus repertū sit.

Nimirum ad Dei Voluntatem vivere, hæc vera
demum est vita: quod aliter vivitur, mors est. De quo
eleganter Augustinus: Contulerunt, inquit, cum Apôstolo
quidam philosophorum Epicureorum secundum carnem vivi- Aug. 10. 10.
tes, & Stoicorum quidam secundum animam viventes; conserm. 13. de
tulit cum illis secundum Deum vivens. Dicebat Epicureus. Mi- Verba Apo-
bi frui carne, bonum est. Dicebat Stoicus, Mibi sicut mea circa
mente, bonum est. Dicebat Apôstolus. Mibi autem adhucere med.
Deo, bonum est. Errat Epicureus; fallitur Stoicus; non
errat Christianus, qui Deo divinæque Voluntati ad-
hæret.

hæret. Tunc enim recte vivit anima, si non secundum A caræm, nec secundum seipsum, sed secundum Volutatem divinam vivat. Sicut enim anima carnis, ita Deus animæ vita est.

§. VIII.

Quin ergo hanc unam, omnium optimam, sanctissimamque Dei Volutatem amplexu arcto strinximus, quin ad eam ultrō ire, quam raptari malumus? Quis nostram voluntatem omnem in hac una constitutus, ad agendum, atque patientium, quidquid nos Deus agere, ac pati voluerit.

Quis verus Patientiae discipulus,

Is demum verus Patientiae discipulus, is verè patientis est, qui in omnibus, quæ patitur, hoc unum vel nullies ingeminat: *Solius Dei velle vole*. Novit Deus quid publicè privatimque tā gloriæ suæ quām salutis nostræ expediatur. Ego vero cūd id ignorem, quid rectius sperero vel metuo, quid sanctius delecto vel gaudeo, nīl de tuā, mi Deus, Voluntate, ejusque sanctissimis decretris? Quidquid eveniat; cælum ac terra misericordia, sursum deorsum res eant, turbentur ac confundantur omnia, nihil fieri (certissimum sum) & nec capillus quidem ē capite, nec aenamia vel lapillus ē monte defluet, sine tuā præsidentiā. Non est ergo quod de illa re, ullōve homine conquerari, Tua Voluntas siet, mi Deus, imē & mea, quam toties transmutavi tuā.

Hic oro te, Lector, ne pigate legere, aut etiam lecta relegere, quæ tam in *Heliorropio* toto, præsertim libro quinto, capite ultimo summarum, quam in *Aeternitatis Prodromo*, Capite secundo, paragrapfo 28. & Capite tertio, paragrapfo 47. & 49. radimus, ubi hanc humanæ voluntatis cum divinā confessione cum curā explicamus. Quā porro ratione in adversis firmada & exigenda sit ad Deum fiducia, *Heliorropio* libro 5. capite tertio docemus, quæ hīc non videntur recantanda.

Sed verbo tranfigamus. Si hanc doctrinam, o Christiani, aut non capias, aut, quod verius, nolitis capere, in gymnasio Patientiae tempus frustra teritis; quem imitamini, nunquam a sequenti; nullus est profectus veteri, nihil agitis, semper discentes, & nunquam ad scientiam pervenientes.

Aut ergo voluntatem vestram conformate cursu divina (nudis verbis dicendum) aut gymnaſio hoc excludemini, velut inodices, nullius fugis, nec ullius spei discipuli. Quod si hoc unum documentum probè condicimus, nunquam non beati eritis, etiam inter res afflictissimas. Et tunc Veritatis vox est: Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina. Quicumque enim fecerit Voluntatem Patris mei quā in cœlis est; ipse meus frater, & soror, & mater est.

2. Tim. c. 3. vers. 7.
Ioan. c. 7. vers. 17.
Matt. c. 12. vers. 50.
Marc. c. 3. vers. 35.

§. IX.
EPILOGVS

Dictorum omnium.

Quod de humanâ voluntate ad divinam in adversis maximè conformandâ diximus, id Augustinus illustrissimè confirmat, ubi de improbis tolerandis differens: *Hinc mitesce*, inquit, *quemadmodum mitescis* cū dicas, quia Deus hoc vult; ideo florent mali. *Parcer vult malis*; ad penitentiam adducit eos quibus parcit, sed illi non corrigitur. *Novit ille quomodo de illis judicit*. *Inmittit est autem homo*, cūm vult contradicere aut bonitati Domini, aut patientie, aut potestati, aut justitiæ judicis.

Qui sunt recto corde.
Qui di- scorto.

Qui ergo sunt recto corde? Qui hoc volunt quod Deus vult. Deus parcit peccatoribus, tu vī ut jam perdat peccatores. Di- scorti ergo cordis es, & prava voluntatis, quando aliud vī, aliud vult Deus. *Vult autē Deus parcer malis*; tu non vī parci. Patiens est Deus peccatoribus, tu non vī tolerare peccatores. Sed ut dicere cōperam, aliud vī tu, aliud vult Deus. *Converte cor tuum*, & dirige ad Deum, quia & Dominus infirmis compasus est. *Vidi in corpore suo*, id est, in Ecclesiā suā infirmos, qui prima-

voluntatem suam sequi tentant: sed cū vident voluntatem Dei aliam esse, dirigunt se & cor suum ad suscipiendam & sequendam voluntatem Dei.

Igitur ne voluntatem Dei velis torquere ad voluntatem tuam, sed tuam corrigere ad voluntatem Dei. Voluntas Dei est ut regula incommutabilis. Quamdiu integra est regula, habes quō te convertas, & corrigas pravitatem tuam, habes unde corrīas, quod in te tortum est.

Quid autē volunt homines? Parum est, quia voluntatē suam tortuam habent, etiam voluntatē Dei tortuam face- re secundum cor suum, ut hoc faciat Deus cūp̄ ipsi volunt, cūm ipsi hoc debeat facere, quod Deus vult. Hæc Augustinus.

Obsecro vos, mortales, an non tandem aliquando hanc doctrinam de vestrâ voluntate ad divinam conformandâ capitis? quam prisci Patres quam sacri codices tantis clamoribus inculcant. Etiannam nostri sensus ac cerebri pervicaces stamus, & holimus quod vult Deus, aut volumus quod Deus non vult? Quæ patimur, ea nos pati vult Deus (nil certius) idque vult in nostrum bonum, favore singulari. Hos ego favores, inquis, non ambio. O te, pñm dixerim, non hominem, sed ignarum cœli pecus? Quælo te, circumspice, quanti etiam ē magnatibus labores ambient, modis honoris & opes nō cantur. Cūm impetrant quod ambiant, id maximū favoris argumentum habent. Et tu per brevissimos labores ad ferias atque delicias transiitūs æternas, velut bubalus cornu feris, & restitas? Audi rem miram, & testisissimā fide comprobatam, quam Leontius Neapoleos Cyprorum episcopus hunc in modum commemorat:

Ioanni Alexandrino Patriarchæ viro sanctissimo *Leontius* unus aliquis civium (Philochristum vocat Leontius) *Neap. Cyp.* Septem auri libras & dimidiam in egenorum stipem *prorū* offerens: Plus auri, cebat, mihi non est. Hoc autem p̄f̄. in vīdū unum, Pater sancte, à te postulo, idque unicē, ut filium *S. Ioan. Et leemosyn. 25. 1010.* hoc aurī est, bene impensum dicam.

Vt autem constaret, quād id scrib̄ p̄teret, poplite streberimè submissō ante p̄f̄p̄leū sese identidem inclinavit, tantò efficacius, ut putabat, impetratus, quād submissus petiisset. Habebat autē filium quindecim annorum, eumque unigenitam, quem in navī ex Africā sperabat reducem. Atque hinc Ioanni Patriarchæ quād commendatissimum cupiebat. Admisit aurum, & unā preces Patriarcha, miratusque est animū tam generofūm, qui posset spernere tam multum auri. Ita optimē ille precatus, atque ut Leontius loquitur, oravit ei in facie multum, & sic eum dimisit. Neque vīdū distulit preces fundere pro eo, qui illas tam ardenter expetulit. Mox igitur oratorium ingressus, auro subitus sacram menam reposito, rem divinam fecit: *Leont. p̄f̄f̄* Deum vīdū, quod facturum se promiserat, quantis potuit precib⁹ rogavit, filium parenti salvum unā cum synaxis navi susteret. Necdū dies triginta abierant ab iis precib⁹, & filius liberalissimi civis illius mortuus est; onusq; pavis naufragio perit. Tertio die à morte filij, adeo tristissimus nuntius, qui & filium obiisse, & naviū unā cum mercibus omnibus periisse, solos homines, vacuāmque scapham evasisse, cum fide exponit: Heu patris dolorem multiplicem, immensum! Aurum expendit, filium amist, nayim quam expectarat, non recepit. Et pietatis p̄mium, luctus ingens, & vix ulius solatij capax. Nam illud regi psaltes de afflittiōne hoc parente vīdū tunc dici potuit: *Nisi quia Domi- Psal. 91. nus adjuvit illam, pauci minus habitasset in inferno anima il- 17.* lius. Ad concutendum virile pectus videri potuisse sufficere navis interitus: accedit insuper immaturus filij obitus. Heu geminum letale vulnus! quorum alterum lat mortis intulisset.

Vbi hæc omnia Ioanni Patriarchæ sunt narrata, optimus.